

convenerunt ita, quod valde perpauci in eventu illo ^{a)} sinistro captione vel gladio ceciderunt. Habito quidem cum Cremonensibus et aliis fidelibus nostris consilio saniori congregatis magnifice et in brevi nostris et imperii viribus, quas credatis nullatenus enervatas, tam potenter quam viriliter felices gressus ^{b)} nostros apud Burgum Sancti Donini dirigimus ^{c)} festinanter sic, quod vires ^{d)} Parmensium imperii nostri potentia conteremus ^{e)}, quod gaudere non possint aliquid sibi prosperi saltem per sompnum accidisse. Papienses namque, Pergamenses, Cremonenses et omnes de partibus Pedemontis, qui communiter nobis assistunt, tamquam voluntarie nostra vota sequuntur ^{f)}, quos de die in diem venturos sine difficultate ^{g)} qualibet prestolamur; Henricus quoque illustris rex Sardinie dilectus filius [noster], sacri nostri imperii in Ytalia vicarius generalis, omni fidelium nostrorum stipatus presidio aque Paudi ^{h)} sic totaliter dominatur, sic potenti mirabili defensione munitus detinet a qualibet hostili incursione securus, quod ex eo procuratur Parme coartatio ⁱ⁾ maxima et eius destructio subsequetur, cum presens negotium sic alta mente serenitas nostra conceperit, quod in omnem eventum per triumphum, Domino previo, sicut nos Romanorum principem condecet, terminemus ad votum. Sane cum super securitate viarum, de qua nobis est cura precipua, fidei et devotioni vestre specialiter incumbamus, devotionem vestram requirimus mandantes, quatenus pro presenti eventu custodias vestras pro assecuratione strate per totum futurum mensem Martii geminetis, sicut honorem diligitis et placere in aliquo peroptatis.

IX.

(Kaiser) Fr(iedrich II.) dankt Getreuen für ihren Brief und teilt ihnen mit, daß er ihre Gesandten empfangen und deren Wünsche erfüllt habe.
(1220—1250) ¹⁾.

Hs. fol. 4^v.

Fr[idericus] Dei gratia etc.

Hilaritas ^{k)} vultus nostri et clari visus alacritas affectione benigna recepit litteras, quas culmini nostro dilectionis vestre sinceritas desti-

^{a)} ilo *Hs.* ^{b)} gresus *Hs.* ^{c)} dirrigimus *Hs.* ^{d)} cives *auf Rasur Hs.*
^{e)} conterremus *Hs.* ^{f)} sequentes *Hs.* ^{g)} difficultate *Hs.* ^{h)} so statt Padi
auch in den Annales Parmenses maiores, MG. SS. 18, 673 u. 674 ⁱ⁾ cohortatio *Hs.* ^{k)} Illaritas *Hs.*

¹⁾ Vgl. oben S. 400 Nr. 13.